

Eaq; omnis absolvitur duabus Propositionibus sequentibus:

PROPOSITIO I. Rectangulor:

In Triangulo Rectangulo Logarithmus CRURIS cujuscunq; æquatur aggregato ex Logarithmo ANGULI ei OPPOSITI, & Logarithmo HYPOTENUSÆ.

RATIO. Quodvis enim crus se habet ad Sinum Anguli oppositi ita, ut Hypotenusa ad Angulum Rectum. Ergo, cum Quarti Proportionalis nimirum Anguli Recti vel 90° . Logarithmus sit 0. æquabuntur Logarithmi mediorum Proportionalium, nimirum Anguli & Hypotenusæ simul sumtorum, Logarithmo extremi reliqui, videlicet cruris angulo priori oppositi.

Quare in quocunq; Triangulo Rectangulo Hypotenusa, Cruris, angulq; ei Cruri oppositi duobus datis, habebitur reliquum, solâ aut additione aut subtractione adhibitâ : idq; per casuum trium sequentium aliquem.

CASUS I.


Dato CRURE alterutro, cum HYPOTENUSÂ, habetur Logarithmus,

ANGULI dato Cruri OPPOSITI:

SUBTRAHENDO à Logarithmo Cruris dati Logarithmum Hypotenusæ.

Exempla.

I. Datur AB Crus majus 40. ped. & Hypotenusa BC 50. ped. Quæritur Angulus BCA cruri dato oppositus.



G g

AB 40.